



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

I. De sanctitate sacerdotum, & ministrorum ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

ANNO CHRISTI 461. CONCILIVM TVRONICVM I.

PER PETVI EPISCOPI TEMPORE  
celebratum, Seuerino V. C. consule, sub die xiv.  
Kalendas Decembris, anno Christi CCCCLXI. Seueri  
Augusti & Hilari papæ primo.

TITVL CANONVM.

- I. *De sanctitate sacerdotum, & ministrorum ecclesie.*
- II. *Quod sacerdotes & diaconi ab uxoribus suis abstinere, atque ebrietatem vitare clerici omnes debeant.*
- III. *De familiaritate extranearum feminarum clericis interdicta.*
- IV. *Vt clericus, cui uxorem ducere licet, viduam non accipiat.*
- V. *De clericis qui ad laicam vitam redeunt.*
- VI. *De iis qui virginibus sacratis matrimonio iunguntur, vel re-*
- VII. *Cum homicidis non communitandum.*
- VIII. *Si paenitentes derelicta paenitentia ad seculares illecebras resurgentur.*
- IX. *De presumptoribus episcopis, qui aliorum diocesēs peruidunt, aut illorum clericos promouent.*
- X. *De illicitis ordinationibus.*
- XI. *De vagantibus clericis.*
- XII. *Clericus sine commendatitiis non ambulet.*
- XIII. *Vt clerici usurarii non sint.*

P R A E F A T I O.

SEVERINO viro clarissimo consule, sub die decimaquarta Kalendas Decembris, cum ad sacratissimam festiuitatem, qua domini Martini receptio celebratur, in civitate Turonorum beatissimi sacerdotes, quorum subscriptio subter adiecta est, conuenissent, necessario crediderunt, vt quia per longam incuriam in aliquo de rebus ecclesiasticæ disciplina regula fuisse vitiata, definitionem suam, quæ cum patrum auctoritate concordat, præsentis scripturæ emissione firmarent: non quæ prius illicite admissa sunt retioluentes, sed in posterum vniuersorum utilitati prospicientes: vt secundum euangelica præcepta, & apostolicam doctrinam, patrum statuta seruantes, ecclesia Domini pura & immaculata permaneat.

C A N O N E S.

I.

Primo ergo in loco sacerdotes vel ministri ec-  
*Concil. Tom. 9.* P p p ij

*Math. 5.* clesiæ, de quibus dictum est, *Vos estis lux mundi,* ANNO  
ita in omni sancta conuersatione a Dei timore a  
etius suos dirigant, vt & diuinæ possint placere cle  
mentiæ, & bonum fidelibus præbeant exemplum:  
quia sicut vñ eis, per quos nomen Dei blasphematur,  
ita illi immortalitatis gloriam consequentur,  
per quorum actus nomen Dei benedicitur. Si e  
nun vniuersis fidelibus secundum apostolicam do  
ctrinam castitas custodienda indicitur, vt qui ha  
bent vxores, ita sint quasi non habentes; quanto  
magis sacerdotes Dei ac leuitæ diuino mancipati  
altario, custodire debent, vt non solum cordis, ve  
rum etiam corporis puritatem seruantes, pro ple  
be supplicaturi preces suas ad diuinum introire me  
reantur auditum? quia secundum auctoritatem

*Rem. 8.* Apostoli, qui in carne sunt, Deo placere non possunt:  
*vos autem non estis in carne, sed in spiritu.* & iterum:

*Tis. I.* *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infide  
libus nihil est mundum, sed polluta est eorum & mens  
& conscientia.* Cum ergo laico abstinentia impere  
tur, vt possit orationi vacans & Deum deprecans  
exaudiri; quanto magis sacerdotibus, vel leuitis,  
qui omni momento parati Deo esse debent in om  
ni munditia & puritate, securi, ne aut sacrificium  
offerre, aut baptizare, si id temporis necessitas po  
poscerit, cogantur? Qui si contaminati fuerint  
carnali concupiscentia, qua mente excusabunt,  
quo pudore usurpabunt, qua conscientia, quo me  
rito exaudiri se credent?

## II.

Et licet a patribus nostris emissa auctoritate id